Quelle: https://manuscripta.at/?ID=30611
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

euglium bonum nuntium. vel bona annuntiatio. Jdeo autem euglista est dicendus. quia quasi de presenti
Ethnicus. — aduentu xpi loquitur. Ad liquidum ad unguem est. i. expresse. Ethnicis gentilibus. Ethnos grece. gens
latine. inde ethnicus. i. gentilis. quia sicut genitus est manet. Ne sanctum canibus dare. i. ne sacramenta fidei.
Animaduertere. — inmundis nationibus tradere. Ab illis abscondita. i. que illi de fide absconderunt. Animaduertere
De gaio et mutio. — est quasi animo aduertere. Morsibus detractionibus. Sciens et prudens tinctum est de gaio mutio nobi
li adolescente romano. Qui cum porsenna rex etruscorum romanos obsideret. senatum adiit.
et transire inquit patres ad hostium castra uolo. et maximo si dii iuuant facinus. Approbant
patres. Abdito intra uestem ferro proficiscitur. Ubi eo uenit inquietissima turba. prope regium
tribunal constitit. Ubi cum stipendium militibus daretur. et scriba cum rege pari fere ornatu residens
multa ageret. timens sciscitari uter porsenna esset. ne semetipse proderet. scribam pro rege
obtruncat. Statuitur ante tribunal regis. tunc quoque inter tantas fortune minas. metuendus ma
gis quam metuens. romanus sum inquit ciuis. hostis hostem occidere uolui. Nec ad mortem est minus
animi quam ad cedem. et facere et pati fortia romanorum est. Dextramque accenso ad sacrificium foculo
inicit. Attonitus miraculo rex. amoueri ab altaribus iuuenem fecit. et iubere mactum esse uirtute
si pro mea patria uirtus ista staret inquit. Tum ille. quoniam est uirtuti honos apud te inquit beneficio
tuleris a me. quod minis non potuisti. Trecenti coniurauimus inter. hac uia grassari. Mea sors
prima fuit. ceteri pro ut oportunum fuit. suo quisque tempore aderunt. Te eo dimisso rex statim lega

Amos pater ysaye non ut **De ysaya.** ~ tos de pace romam misit.
Amos pater ysaye non ut quidam estimant. tercius. xii. prophetarum est sed alius. Diuisisque apud hebreos scemate lit
teris. Esayas principaliter de duabus loquitur tribubus iuda. et beniamin. exceptis. x.
Quare dicatur uisio. — que in samaria erant. et uocabantur effraym et israel. Visio ysaye filii amos. Prophete prius di
cebantur uidentes. Et in ueteri dicitur instrumento quod prophetis uidit uocem domini. Ex quo montanum deliramen
ta conticeant. qui in extasi et cordis amentia prophetas putant uenturum dixisse. Neque enim uidere pote
Samaim. — rant quod ignorabant. Audi celum et a. p. t. Jeronimus. Pro celum in hebreo habetur. s a m a i m.
Semu. — quod celos sonat pluraliter et semu quod est audite pluraliter numero non singulari. Estque hebrayci karacteris
ydioma. ut omnia que in sillabam finiuntur. im. masculina sint et pluralia. ut cherubim et se
Joth. Oraculum — raphim. et que in oth feminina et pluralia ut sabaoth. Oraculum alloquium siue responsum di
uinum. A planta pedis usque ad uerticem. ab extremis usque ad primos. Aut uberibus liuent corpo
Tugurium — ra. aut plagis tument. Neque fota oleo lacrimis penitentie. Tugurium parua casula propter ar
Cucumis. — dorem et radios solis declinandos a tego dictatum. Cucumis et cucumer generis masculini.
Scoria. — sicut uomis et uomer. Coccinum rubrum. Scoria sordes metallorum. Mixtatores minuitato
Stuppe. Augures. — res. Heu interiectio dolentis. Scelestos sceleratos. Stuppe purgamenta lini. Augures. di
Tharsis. Talpa. — uinos. Tharsis maris. Voragines subinsersores. Talpa dicta quod sit dampnata cecitate
perpetua. Absque oculis enim semper terram fodit et humum egerit. frugibus semper noxia est. quam greci
Vespertilio. — aphalacham uocant. Vespertilio auis nocturna. grece nycterie eo quod in nocte uolet.
Paruum animal et murium simile. lucifugum et solem non patitur a uespere quoque nomen accepit.
specie uolatile et quadrupes quod in aliis auibus reperiri non solet. Parit ut quadrupedia non oua
sed pullos uiuentes. Volat autem in aere auium more. sed crepusculo uespertino consueuit
effundi. non aliquo in pennarum. sed membrane sue fulta remigio. quo suspensa uelut pen
narum uolatu circumfertur. Habet et illud hoc uile animal. quod se inuicem adherent. et quasi in speciem
botronis ex aliquo pendent. ac si se ultima relaxauit. omnes resoluuntur. Quod fit quodam
munere caritatis. que difficile in hominibus reperitur. Vera sententia est primum esse beatum qui pro se